

Documents

pour servir à l'histoire médiévale

de la

province augustinienne de Cologne

Extraits des registres des prieurs généraux
(1357-1506)

(suite) (*)

Julien de Salemi ²⁷¹⁾

1443-1459

487

Bononie, 3 Aug. 1451

Pro sustentatione celebrandi magisterii dedimus licentiam fratri petro testoris de brugis ²⁷²⁾, bachalario parisiensi, posse in tota provincia Colonie visitare amicos suos et ab eisdem sumptus honeste utendo procurare. At quando esset oportunum predicare verbum dei absque inferioris impedimento etc.

Dd 6, f. 63r

*) Voir *Augustiniana* IX (1959), 202-220, 339-356, 431-477; X (1960), 115-177.

²⁷¹⁾ Julien Falciglia de Salemi (Sicile), prieur général des augustins de 1443 à 1459, élu par le chapitre de Sienne (1443) et réélu aux chapitres de Bourges (1447), Ferrare (1451) et Avignon (1455). Il mourut à Messine en 1459. Cf. *An. Aug.* VI, 1916, pp. 400-410 et VII, 1917, pp. 13-17; D. PERINI, *Bibliographia Augustiniana*, t. II, Florence 1931, pp. 44-45; *Augustiniana* VI, 1956, pp. 275-277. Voir aussi les notes 201 et 280.

²⁷²⁾ Pierre Textor (= de Wevere), maître en théologie de l'université de Paris, décédé en son couvent de Bruges au commencement de 1472. Voir A. KEELHOFF, *Histoire de l'ancien couvent des Ermites de Saint Augustin à Bruges*. Bruges 1869, p. 195. Voir plus loin sous n° 504.

488

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia speciali fratrem gerardum²⁷³) de vexalia, provincie colonie, in conventu et studio Ariminensi. Recomendantes eum etc. Datum [etc.].

Ibid.

489

Eodem die

Mandavimus in meritum sancte obediente Provincialibus Colonie, Narbonensis, Tholose et aliis, ad quos presentes pervenerint, quod cum in causa quarundam Bullarum indulgentiarum in conventu parisiensi in capella conceptionis virginis perquisiti fuerint, realiter laborent et faveant in omnibus, que dictarum indulgentiarum materiam tangent recipiendo caritative, quos micti continget. Mandavimus etiam omnibus et singulis nostri ordinis fratribus ad dictam bullam pronuntiandam deputatis legitime et ipsius executoribus, ne per fraudem pecunias aut quid aliud accipiant, sed fidele computum reddant de omnibus et singulis vigore ipsius bulle receptis ipsi provinciali francie Magistro roberto de porta vel per eandem ordinato aliter prius trina canonica monitione quemlibet talem et singulos contrafacientes excommunicationis vinculo innodamus etc.

Dd 6, f. 75r

490

Bononie, 17 Dec. 1451

Fecimus studentem de nostra gratia speciali fratrem paulum de gandavo, provincie colonie, in studio nostro Ariminensi. Venerabilibus priori Magistro etc. Datum [etc.].

Dd 6, f. 63r

491

Bononie, 27 Martii 1452

Fecimus studentem de nostra gratia speciali fratrem Thomam strevalant²⁷⁴), provincie Colonie, in nostro studio Bononiensi. Recommendantes [etc.]. Datum etc.

Ibid.

²⁷³) Ms: *herardum*.

²⁷⁴) Il s'agit de Thomas Strevelant, du couvent de Bruges. Voir n° 531 et A. KEELHOFF, *Histoire*, p. 193 et 195.

492

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia speciali fratrem christianum venatoris in nostro studio Bononiensi. Recommictentes etc. Datum etc.

Ibid.

493

Rome, 4 Maii 1452

Fecimus studentem de nostra gratia in nostro conventu et studio Senarum fratrem Nicolaum Meuum ²⁷⁵). Recommisimus etc. Datum etc.

Ibid.

494

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia in nostro conventu et studio florentino fratrem Cornelium de portegalia ²⁷⁶). Recommisimus etc. Datum etc.

Ibid.

495

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia in nostro conventu et studio florentino fratrem Cornelium de durdraco ²⁷⁷). Recommisimus etc. Datum etc.

Ibid.

496

Rome, 11 Maii 1452

Fecimus vicarium nostrum in provincia Colonia Magistrum venandum spoer de colonia ²⁷⁸) et dedimus sibi auctoritatem ut in omnibus et singulis prenominate provincie conventibus possit facere, providere, disponere, statuere, corrigere, emendare, punire, ordinare et visitare, sincere cordis affectu quodquod reformationis religionis in capitibus et in membris in spiritualibus et temporalibus ut discretioni conscientieque sue videretur oportuno valeret ministrare, et tandem ut aliis prioris generalis vicariis solitum est concedere sibi concessimus. Et eodem tenore fecimus ipsum vicarium in capitulo provinciali, quod celebrandum erat hinc ad parvum tempus in no-

²⁷⁵) Voir sur sa personne le n° 499.

²⁷⁶) Portegalia = Poortegaal près Rotterdam.

²⁷⁷) Voir sur lui le n° 557.

²⁷⁸) Plus de précisions à la note 217.

mine patris et filii etc. Et precipimus sibi in meritum sancte obedientie et sub pena nostre rebellionis, quod capitulum ipsum celebraret illo anno loco et tempore determinatis. In quo capitulo volumus electionem debere fieri per scrutinium et non alio modo iuxta formam nostrarum constitutionum, et volumus quod si in electione provincialis fuisset aliqua notabilis controversia quod neminem confirmaret sed immediate per specialem nuntium mitteret michi electionem et interim ipse regeret provinciam. Si vero in electione nulla fuisset controversia vel parva quod ipse confirmaret provincialem electum. Sed propter bullam sedis apostolice quae redit Magistrum Iacobum ostendensem ²⁷⁹⁾ privatum ab officio provincialatus atque inhabilem perpetuo ad omnem curam animarum et ad omne officium, volumus quod nulla mentio in capitulo de eo fieret. Advisavimus eum quod omni anno celebrarent capitulum et magister ultra annos 3^s officium provincialatus non teneat, non magister vero ultra 2^{os}. Item cum collectam 5 annorum non habuimus nisi 16 ducatos et 32 debemus recipere ex parte provincie a provinciali provincie bavarie ²⁸⁰⁾, volumus quod si magister Iacobus ostendensis recepit

²⁷⁹⁾ Jacques d'Ostende était déjà provincial de la province de Cologne depuis 1444. En 1452, il dut démissionner en vertu de la bulle du pape Nicolas V datée du 17 mai 1451, par laquelle la durée du provincialat d'un maître en théologie était arrêtée à trois ans. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg...* Lovanii 1727, p. 247 et surtout L. EMPOLI, *Bullarium Fratrum Eremitarum S. P. Augustini*. Rome 1628, pp. 267-268.

²⁸⁰⁾ La province de Cologne payait chaque année au général une taxe de 24 florins. Dans les années 1444-1447, cette somme fut versée régulièrement par le provincial Jacques d'Ostende au général Julien de Salemi. Ce général fit la visite canonique de la province de Cologne en 1447 et prit part au chapitre provincial tenu à Bruges le 28 novembre 1447, où Jacques d'Ostende fut réélu provincial. Celui-ci prêta au général, pour ses frais de voyage, la somme de 50 florins, somme qui ne lui fut jamais rendue, si bien que le provincial entra en conflit avec le général et ne paya plus aucune taxe à partir de 1448. En 1452, lorsque le provincial fut sortant, le général n'avait seulement reçu pour les cinq dernières années que la somme de 16 florins et la province lui en devait encore 104. Le nouveau provincial, Winand Spoyr, acquitta la dette en 1454-1455. En 1455, Jacques d'Ostende fut renommé provincial par le pape Calixte III. Le général l'exempta de taxe pour la durée de son généralat en dédommagement de la somme prêtée. Les versements des taxes ont été notés par le général dans le registre LI 2 (1411-1485), f. 6r de l'archive généralice à Rome :

« Provintia Coloniae.

Imprimis recepinus a provintia et provintiali huius provintie Venerabili Magistro Iacobo de Ostende pro collecta anni 1444 florenos 24.

collectas, quod ipsi recurrerent pro residuo supra bona ipsius et nobis mitterent. Datum etc.

Ibid.

497

Rome, 12 Maii 1452

Cum aliqui fratres huius provincie absque generalis capituli et nostra licentia susceperint gradum lectorie et bacchalariatus, tenore presentium precepimus Magistro Vinando, vicario nostro istius provincie, in meritum sancte obediente et [sub pena] nostre rebellionis, que est pena carceris, quod tales graduatos ab huiusmodi gradibus privet auctoritate nostra et ita privatos per totam provinciam ipsos denuntiet, sed exceptavimus ²⁸¹⁾ fratrem vinandum de Colonia, quem arbitrati fuimus habuisse licentiam lectorandi tam per nos quam per generale capitulum. Insuper cum informati fuerimus, quod

Item recepimus ab eodem per manus R.mi domini Episcopi concorchensis pro collecta 1445 florenos 24.

Item recepimus ab eodem per manus fratris Rodulfi de Venetiis biblici, pro anno 1446 florenos 24.

Item recepimus ab eodem provinciali pro collecta anni 1447 in Bitturis in die rationis florenos 24.

Sequitur post capitulum Ferrariense.

Item pro collectis quatuor annorum recepimus ferrarie de mense iunii 1451 a provinciali florenos 16 et pro complemento duarum collectarum provincialis bavarie, scilicet lectoris erasmi, qui se obligavit mictere nobis duas alias collectas florenos 16.

Item neapoli 20^a die aprilis 1454. Recepimus ex venetiis per magistrum Iohannem Iacobum ex parte provincialis bavarie, qui ut credimus misit ex parte lectoris erasmi obligati iam ut supra ducatos triginta duos et sic de provincia colonie est nobis satisfactum pro duabus collectis, scilicet 1448 et 1449 et sic in summa recepimus florenos 48.

Item eodem die de venetiis per magistrum Iohannem Iacobum ex parte vinandi provincialis pro collecta 1450 florenos 24.

Item in avinione recepimus de mense maii 1455, videlicet 8. die, pro duabus collectis scilicet 1451 et 1452 a magistro vinando provinciali florenos 48.

Sequitur post rationes factas in capitulo Avinionensi. Nichil.

Nota quod generalis Iulianus concessit Magistro Iacobo ostende, ut caperet omnes collectas futuras per totum tempus quo esset generalis, in compensationem expensarum, scilicet quingentorum florenorum, quas fecit pro eo predictus magister Iacobus quando generalis stetit brugis et hoc apparet per literas eius patentes registratas libro D. fo. 67 [= Dd 6, f. 67v, 18 nov. 1455. Voir document 575], et ita ego nichil habui usque ad annum 1462 inclusive nisi ducatos 10. F[rater] G[uilielmus] B[ecchi] G[eneralis] ».

²⁸¹⁾ Ms: *exceptuavimus*.

non nulle exorbitantie pecuniales quibusdam conventibus imposite fuerunt nescientes ex qua causa, tunc etiam promissio pecuniarum cuidam vel quibusdam fratribus facta fuit, quod si ita esset sub eodem tenore et precepto sibi precepimus et mandavimus, ut talia quovismodo effectum non haberent nec in futurum similia pertractare permicteret. Datum etc.

Dd 6, f. 63v

(An. Aug. VI, 408)

498

Rome, 28 Junii 1452

Scripsimus fratri Alphonso, Bacchalario de yspania, qui morabatur in conventu Brugensi, provincie Colonie, et volumus literas nostras legi coram toto conventu, cui propter multas insolentias ibidem commissas precepimus et mandavimus primo sub pena rebellionis, que est pena carceris, secundo sub pena privationis omnium graduum, 3^o sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurreret trina canonica admonitione premissa in scriptis, quod a noticia presentium ad 15 dies de dicto conventu et villa Brugensi recederet ²⁸²⁾ et ad suam iret provinciam et sub eisdem penis mandavimus priori conventus Brugensis, quod ipsum in conventu et villa non retineret. Etiam sub eisdem penis mandavimus provinciam Colonie regenti, quod eum in provincia non haberet. Datum etc.

Dd 6, f. 88v

499

Rome, 9 Iulii 1452

Dedimus licentiam fratri Nicolao Meuum ire posse ad provinciam et conventum suum et perquirere bona matris sue. Et recommissimus eum priori et ceteris patribus et fratribus sui conventus, ut de dictis bonis maternis, si in magna fuissent quantitate sibi annuatim pro studii sui sustentatione aliquam tribuerent mercedem. Si vero in minima fuissent quantitate, quod ei providerent ut ipsis videretur. Et volumus ipsum debere reverti ad suum studium absque alicuius nostri inferioris obstaculo. Datum etc.

Dd 6, f. 63v

500

Neapolim, 11 Nov. 1452

Fecimus studentes de gratia in conventu paduano fratres Alber-

²⁸²⁾ Ms: *recederet*.

tum de colonia ²⁸³) et Ranerium yscalt de colonia. Recommisimus etc. Datum etc.

Ibid.

501

Neapolim, 18 Dec. 1452

Fecimus studentem de nostra gratia in nostro conventu et studio Bononiensi fratrem Iohannem copgin de treveris. Recommisimus eum etc. Datum etc.

Ibid.

502

Neapolim, 20 Ian. 1453

Ut frater Alphonsus de yspania sua aliqua facta Brugis et Lovanii expedire posset, concessimus sibi licentiam ut ad ipsam villam Brugensem ²⁸⁴) ire posset, ubi tantum per 15 dies eum morari volumus et per 15 alios Lovanii, precipientes sibi in meritum obedientie salutaris et sub pena nostre rebellionis atque sub pena excommunicationis, quam sibi in his scriptis ferimus, licet inviti, trina canonica ammonitione premissa, quod immedate post pretaxatum terminum bis 15 dierum ab ipsa Colonie provincia recedere deberet et ad suam vel ad quamcumque aliam proficisceretur provinciam. Mandantes Provinciali provincie Colonie ceterisque localibus prioribus sub eodem tenore precepti, ut ipsum in eorum quovismodo haud tenerent conventibus, sed si ipsum nostrum preceptum preterisse cognoscerent eum penitentiare possent et deberent, postquam cum sui dedecore expellere. Insuper dedimus sibi licentiam, ut ad universitatem Montispesulani ad quam per generale capitulum Biturcense ²⁸⁵) promotus fuerat vel ad quamcumque aliam universitatem ut se incorporare posset, sententiasque legere et suos cursus omnes usque ad magisterium inclusive perficere ire valeret preterquam in provincia Colonie. Recommisimusque eum R. mo domino Cancellario etc. Item sibi impartiti sumus ut ter in anno nostra auctoritate de cunctis peccatis suis a sacerdote ydoneo valeret absolvi. Datum etc.

Dd 6, f. 89r

(An. Aug. VI, 403)

²⁸³) Voir aussi le document 573.

²⁸⁴) Ms: *Burgensem*.

²⁸⁵) Chapitre général de Bourges en 1447. Voir *An. Aug.* VI, p. 401.

503

Neapolim, 29 Ian. 1453

Inpartiti fuimus licentiam fratri Iohanni Weytins de Gandavo ²⁸⁶⁾, quatenus propter sui indigentiam et paupertatem quibus subvenire valeret, cum in suo conventu et provincia propter fratris Iacobi Ostende tyrannpnitatem et persequutionem non posset morari in quacumque dyocesi extra ordinis nostri gremium, si in ordine commoditates sibi necessarias non reperire potuisset pro cappellano usque ad futurum generale capitulum se habere posset atque moram trahere absque alicuius nostri inferioris obstaculo semper nostri ordinis honestate servata. Recommisimusque eum etc. Datum etc.

Dd 6, f. 63v

504

Neapolim, 4 Febr. 1453

Inpartiti fuimus licentiam fratri Petro textoris de Brugis, Bachalario, quod per provinciam Colonie sive in ordine sive extra ordinem absque alicuius nostri inferioris impedimento ire posset et valeret ordinis semper honestate servata et voluimus, quod secum socium vel servitorem ut sibi videretur semper ducere posset. Recommisimusque eum omnibus sue provincie patribus, ut secundum laudabilem consuetudinem ordinis pro sui magisterii subsidio auxilium prestare sibi dignarentur et vellent. Datum etc.

Ibid.

505

Eodem die

Fecimus lectorem cum omnibus gratiis, libertatibus, immunitatibus etc. fratrem Walterum Iohannis de Dordraco. Datum etc.

Ibid.

506

Eodem die

Rehabilitavimus ad omne ordinis officium cum cura animarum atque ad omnem vocem fratrem Valterum Iohannis de dordraco, qui privatus fuerat per Magistrum Iacobum ostende iniuste et inique tunc provincialem propter aliquas bullas penitentie, propter quas predictum fratrem Valterum multum inique et iniuste penitentiaverat, ut per litteras autenticas R.mi domini dominici Cardinalis S[antis-

²⁸⁶⁾ Voir le n° 467.

simi] d[omini] N[ostri] pape Maioris penitentiarii ²⁸⁷) eidem fratri Valtero concessas novimus et ne quis dicto fratri Valtero propterea obiceret vel obici posset de penis a dicto Magistro Iacobo ex calumpniis et obrobriis receptis annuntiavimus et declaravimus ipsum fratrem Valterum inique et iniuste culpatum, detentum et criminatum fuisse, nec in aliquam notam incidisse propter quam privari debuisset voce activa et passiva atque inhabilitari ad omne ordinis officium. Insuper declaravimus ipsum magistrum Iacobum contra dictum fratrem Valterum in capitulo generali ferrariensi ²⁸⁸) nullam habuisse ab ipso capitulo aut a nobis commissionem ut ipse Magister Iacobus in provincia sua dicere habuit, cum in diffinitionibus capituli de dicto fratre Valtero nec diffinitio aut ordinatio aut commissio esset aliqua, sed si quid a nobis habuit verbum, quod nobis dubium fuit, esse potuerat propter suas iniquas et falsas informaciones, quas facere semper consueverat et hoc dississe potueramus, quod iustitiam ministrasset. Insuper dedimus predicto fratri Valtero licentiam posse ire ad conventum suum atque morari nec non per provinciam predicatam ²⁸⁹) absque alicuius nostri inferioris obstaculo nisi precedentibus demeritis etc. Item eidem licentiam concessimus, ut Magistrum Iacobum predictum atque suos accusatores ad suum honorem recuperandum et famam atque pro expensis factis pro huiusmodi re apud quoscumque iudices spirituales vel temporales ubi voluisset citare vel citari facere potuisset. Datum etc.

Dd, 6, f. 64r

507

Neapolim, 20 Febr. 1453

Voluimus fratrem Petrum Hermannii de Brugis ²⁹⁰), lectorem, morari in nostro conventu Colonie et eum ibidem conventualem fecimus quousque conventus Brugensis provinciali obedientiam daret. Recommissimusque eum etc. Datum etc.

Ibid.

²⁸⁷) Le cardinal Dominique Capranica († 1458) était alors grand pénitencier. Voir J. TOUSSAINT dans *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques*, t. XI, 1949, col. 932-941.

²⁸⁸) Chapitre général de Ferrare en 1451. Voir *An. Aug.* VI, p. 403.

²⁸⁹) Ms: *predicatum*.

²⁹⁰) Voir à son sujet les documents 343, 409 et 463.

508

Eodem die

Inpertiti fuimus licentiam fratri Iohanni de Davantria ²⁹¹⁾, Cursori, posse nancisci lectoris gradum cum omnibus gratiis, libertatibus etc. ut consuetum est in ordine sub Magistro Vinando Spoer provinciali et vicario nostro provincie huius, dum sibi oportuna commoditas adesset. Datum etc.

Ibid.

509

Eodem die

Confirmavimus in provincialem Provincie Colonie secundum canonicam electionem de eo factam in capitulo prenominate provincie Magistrum Vinandum de Colonia cum omnibus gratiis et auctoritatibus in spiritualibus et temporalibus consuetis. Insuper sibi omnem auctoritatem et potestatem concessimus nostram, quam nostris generalibus vicariis concedere consuevimus in spiritualibus similiter et temporalibus, et volumus, ut sive ipsum provincialatus officio fungi contingisset, sive non in prenominata Colonie provincia Generalis noster vicarius existeret quousque aliud per nos ordinatum fuisset et institutum. Eodem etiam tenore confirmavimus, ratificavimus et approbavimus omnes et singulas diffinitiones in dicto capitulo factas. Maxime illam, que diffiniebat nullum Magistrum ultra triennium et non Magistrum ultra biennium in officio provincialatus permanere, quam volumus omnino et inviolabiliter, ut diffinitum fuit et ordinatum, debere observari, ac in cunctis provincialibus futuris capitulis celebrandis ante provincialis prioris electionem legi. Addentes et volentes quod inter Magistrum et Magistrum alicuius non magister in ipso provincialatus officio semper cederet. Diffinitionem autem illam, in qua precipiebatur, quod absque litteris nostris sedis apostolice litteris sive bullis, que in favorem Magistri Iacobi ostende fuissent non obediretur, penitus cassavimus et annullavimus reprehendentes ipsos diffinitores, quos non parva penitentia indigere declaravimus quam penitentiam nostro in pectore ad tempus reservavimus. Insuper cassavimus, revocavimus et annullavimus ordinationem quandam factam in convocatione prefate provincie in conventu hasselensi 1449, die 25 mensis Iunii, quod Magistro Iacobo predicto annuatim provincia ipsa 60 renenses florenos daret, sive in officio provincialatus fuisset sive non, maxime cum talis ordinatio per nos nun-

²⁹¹⁾ Deventer dans la Gueldre.

quam confirmata fuerat cum nunquam audiveramus nec videramus quam utique, ut si vidissemus, per nos annullata ²⁹²⁾ fuisset tanquam inhonesta et male consuetudinis principium. Et eo magis cum de expensis factis ad curiam eundo romanam contra ordinem et nos, propter suas rebelliones plurimas commissas, cum provincia rationes posuerat. Quod sibi sub excommunicationis pena de voluntate Sanctissimi domini Nostri inhibueramus, ne a provincia in communi nec a conventibus sive fratribus in particulari de ipsis expensis factis aliquid petere ausus fuisset, sed litteras nostras semper clam habuerat nec ostendere voluerat. Quare dicto provinciali, ceterisque localibus prioribus, patribus et fratribus prefate provincie in meritum sancte obedientie et sub pena [f. 64v] nostre rebellionis que est pena carceris ac sub pena privationis omnium terminorum et vestimentorum nec non omnium bonorum ab ordine concessorum atque sub pena privationis officii et omnium graduum et tandem sub pena excommunicationis, quam contra ipsos si premissis nostris mandatis haud obedissent, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc trina et canonica monitione premissa in his scriptis lati fuimus et ipsos incurrere voluimus, precepimus et mandavimus, ut prefato Magistro Iacobo ostende dictos 60 florenos nec nunc nec in futurum quovismodo darent. Illos maxime conventus priores et fratres in hanc sententiam incurrere voluimus, si secus peregissent quibus per prefatam convocationem, ut dictos 60 florenos prefato M. Iacobo solverent, commissum fuerat et ordinatum. Precipientes dicto provinciali, ut hanc nostram litteram vel copiam autenticam per omnes provincie conventus legere faceret vel copiam ad legendum mitteret. Mandavimus omnibus et singulis sue provincie fratribus cuiuscumque existentibus gradibus et conditionibus sub supradictis penis, ut sibi tamquam vero et legitimo pastori vicarioque nostro humiliter obedirent et in omnibus obsequerentur. Maxime illis conventibus et fratribus prefatis tenore et penis, qui sibi obedientiam nondum dederant, precepimus et mandavimus, ut a noticia presentium ad 15 dies sibi humiliter obedire studuissent, qui si neglexissent illico in talibus incurrisse eos penis declaravimus. Insuper mandavimus sibi totique provincie, ut collectas omnes mittere deberent, precipientes prefato M. Iacobo sub pretaxatis penis, ut dicto provinciali collectas omnes, quas ordini debebat, a notitia presentium ad 15 dies misisse seu assignasse debuisset, quas, si mittere aut assign-

²⁹²⁾ Ms: *anellata*.

nare nolisset supra bona sua ipsum recursum habere volumus. Promotiones autem omnes nostro in pectore reservavimus. De graduatis vero in rebellionis tempore nihil nunc agere volumus, sed cum ipsum plenariam obedientiam habere cognovissemus, tunc nos habuissimus nos gratiores. Dempto quod fratrem Gerardum de Hasselt ad lectorie gradum acceptavimus, quem in ytalie studiis bene egisse ac studuisse noveramus. Datum etc.

Dd 6, f. 64r-v

510

Neapolim, 20 Febr. 1453

Rehabilitavimus ad vocem activam et passivam fratrem Iohannem de Bonna et volumus, ut in quibuscumque capitulis et congregationibus atque officiis ut ceteri vocales conventuales se habere posset et operari. Datum etc.

Dd 6, f. 64v

511

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia in nostro Conventu et studio paduano fratrem henricum scinmel et recommisimus etc. Datum etc.

Ibid.

512

Neapolim, 20 Febr. 1453

Incorporavimus in nostro conventu de Colonia fratrem Iohannem prus perpetuo et incorporatum esse per presentes patefecimus non obstante, quod de questa conventus huius provincie esset oriundus ac prefati conventus Colonie perpetuum filium esse decernuimus et sansivimus salvis et reservatis semper ordinis statutis et ordinationibus de rebus sibi ab ordine concessis. Datum etc.

Dd 6, f. 218v

513

Neapoli, 8 Oct. 1453

Dedimus licentiam fratri tilmanno ²⁹³), cursori de colonia, quatenus actento quod per diffinitorium istius provincialis capituli fuerit promotus ad cursoriam et cursum suum compleverit colonie, ut moris est, et postea bononiam venerit pro gradu lectorie a nobis habendo, attento etiam quod sit satis sufficiens in moribus et scien-

²⁹³) Cf. n^o 529.

tia predotatus, quod dictum gradum lectorie sub magistro regente bononiensi nostra auctoritate valeat adipisci et statim habito ad provinciam revertatur, volentes ut omnibus illis gratiis libertatibus etc. perfruatur quibus ceteri studiorum lectores perfrui usi sunt. Datum ut supra.

Dd 6, f. 64v

514

Eodem die

Confirmavimus omnes et singulas [gratias], quas nostri predecessores et nos concesserunt et concessimus in preteritum fratri franco de erpel lectori et illas nostra auctoritate rattificavimus et approbavimus in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Inter quas singulariter confirmavimus sibi officium penitentie et dedimus sibi licentiam ut singulis diebus communionum nostra auctoritate valeat, a quo confitetur absolvi. Datum ut supra.

Ibid.

515

Neapoli, 3 Aprilis 1454

Accepimus litteras a priori provinciali et a ceteris fratribus eiusdem provincie, qualiter faceremus lectorem fratrem iohannem Renneri cursorem, commendantes omnes ipsum nobis. Dedimus autem ei litteras delaturas, qualiter ipsum faceret ponendo ipsum pro anno futuro in conventu Colonie cum omnibus gratiis etc. Insuper habita eadem promotione atque commendatione fratris iachobi de dumo de aquis, dedimus sibi licentiam acquiescendo qualiter ipsum ad eundem supradictum gradum ipsum promoveret etc. cum omnibus aliis gratiis. Datum ut supra.

Dd 6, f. 65r

516

Eodem die

Litteras missimus Magistro Wynando eidem provinciali et prioribus ceterisque patribus ac fratribus provincie colonie. Cum ex rebellionem iam inveterata, incepta et prosecuta per fratrem iacobum ²⁹⁴) filium perditionis, provincia steterit per quinque annos, quod nobis non dederint collectam, precepimus omnibus in meritum sancte obedientie, qualiter modum peragerent, ut persolverent collectam ²⁹⁵), habendo recursum supra bona illius fratris iachobi, vel

²⁹⁴) Jacques d'Ostende. Voir les notes 220, 279 et 280.

²⁹⁵) Ms: *colectam*.

alium invenirent modum, vel si vicarius noster aliquid contraxisset ad resistendum iniquitatibus ipsius filii rebellionis eidem persolverent. Datum etc.

Ibid.

517

Rome, 10 Maii 1454

Absolvimus fratrem Iohannem reynbach, lectorem, ab officio prioratus conventus coloniensis et instituimus et fecimus eum priorem conventus brugensis ²⁹⁶), dando sibi omnem auctoritatem in temporalibus et spiritualibus etc., absolvendo tamen quemcumque priorem conventus brugensis quovismodo introductum, et eodem tenore instituimus eum vicarium nostrum in toto districtu ultra mosam, cum illa auctoritate quam soliti sunt habere vicarii generales precipientes omnibus fratribus illius districtus et conventus brugensis in meritum sancte obedientie et sub pena rebellionis, ut sibi in omnibus obediant et sicut eorum pastorem reverenter pertractent. Et ne conventus colonie accephalus remaneret voluimus, quod fratres eligerent sibi priorem et venerabilis magister Wynandus provincialis et vicarius noster habeat confirmare. Datum ut supra.

Ibid.

518

Eodem die

Absolvimus fratrem Iohannem renerii de brugis, provincie Colonie. quia satis in carceribus steterat positus per provincialem suum et liberum reddimus et inimmunem, quia aperuerat licteras nostras et sigillum nostrum fregerat temerarie et restituimus eum ad pristinum gradum et honorem. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Datum ut supra.

Ibid.

519

Avinione, 26 Sept. 1454

Fecimus studentem de nostra gratia spetiali in conventu perusino fratrem petrum de dordraco et recommisimus eum magistro regenti cunctisque patribus etc. Datum ut supra.

Ibid.

²⁹⁶) G. M. LÖHR, o. c., p. 16, n. 43. Le 7 juin 1455, celui-ci est signalé à nouveau prieur à Cologne. Voir le n° 556.

520

Avinione, 1 Febr. 1435

Misimus licteras provinciali colonie Magistro Vinando spoer et ceteris patribus et fratribus provincie colonie, quia orta est quedam controversia inter provinciam et magistrum Vinandum, qui querit a provincia quandam quantitatem pecunie, de quo provincia scripsit nobis sentire se gravatam. Ideo hortati sumus, precepimus et sub vinculo excommunicationis trina canonica etc. annodavimus Magistrum Iacobum ²⁹⁷⁾ quatenus deberet accedere ad capitulum Generale proximo celebrandum, ubi decrevimus hanc controversiam debere discuti, ut in pace remaneat provincia cum eo, ubi ambe partes deberent interesse. Item quia scriptum est nobis, quod nullam obedientiam prefatus magister Iacobus prestaret provinciali et officialibus illius provincie, voluimus [eum] tamquam membrum abscisum ab ordine reputari ab omnibus et nil de bonis nostris vel nostre religionis percipiat. Precepimus provinciali et omnibus illius provincie officialibus, ut hoc nostrum decretum omnino executioni mandarent.

Eodem tenore precepimus omnibus fratribus illius provincie sub pena nostre rebellionis et sub pena privationis cuiuscumque gradus officii et dignitatis existant, si ita est quod nolit se subicere et contempserit obedire officialibus ordinariis illius provincie et si ut membrum ordinis vivere noluerit, quatenus nullo modo secum conversentur, colloquantur in conventu nec extra, neque quovismodo participant, sed sit eis tamquam hereticus ²⁹⁸⁾ et publicanus et ordini et officio nostro, nostris monitis et nostris constitutionibus rebellem, tamquam non frater ab omnibus reputetur, nec de bonis ordinis fratrum et conventuum sibi ministrent. Et hoc tandem sub pena excommunicationis trina etc. voluimus observari, donec lumen veritatis receperit. Decrevimus harum literarum tenorem publicum fieri in quolibet illius provincie conventu. Mandavimus provinciali in meritum sancte obedientie vel eius vicem gerenti, ut has literas per totam illam provinciam legi feceret, vel literarum nostrarum copiam vel transumptum etc. Datum ut supra.

Ibid.

521

Avinione, 19 Martii 1455

Dedimus licentiam eundi romam fratri balduino de dumo de

²⁹⁷⁾ Jacques d'Ostende.

²⁹⁸⁾ Ms: *hennicus*.

gandavo de hac provincia cum hoc tamen, ut sua devotione paracta ad nos redire debeat vel ad suam provinciam. Et quia sine licentia sui provincialis et sui prioris de conventu gandensi de sua provincia recessit, volumus quod, si in aliquo deliquit propter quod prefatus prior sibi licentiam denegaverit correctioni et punitioni sue, atque sui provincialis humiliter obediendo se debeat subiacere. Datum ut supra.

Dd 6, f. 65v

522

Avinione, 28 Maii 1455

Confirmavimus terminum bruxellensem ²⁹⁹⁾, situm in questa mechliniensi, fratri Arnolde de Iovanio iam dudum per provinciales sibi concessum et sine controversia longis temporibus peractum. Nolentes quod quisquam noster inferior etc. Datum ut supra.

Ibid.

523

Eodem die

Concessimus has gratias Magistro Antonio de erpel de colonia, ut unum sotium fratrem, a comuni tabula exemptum, qui pro eo valeat alibi celebrari, si opus fuerit, salvo tamen necessitatis tempore, quo habeat conventui in missa servire [tenere possit]. Secundo confirmavimus sibi terminum Ruramundensem ³⁰⁰⁾, alias per conventum et priores plures et per provincialem sibi concessum, et nullus nobis inferior audeat [eum] in premissis molestare. 3^o quod volumus, quod sit sub protectione nostra immediata, non obstante

²⁹⁹⁾ Les augustins de Malines avaient de longue date une maison terminaire à Bruxelles. Cf. M. VERJANS, *Oude predikatie en bedelparochies te Brussel*, dans *Franciscana* VII, 1952, pp. 83-87 et A. VERMEULEN, *De geschiedenis der stichting van het Augustijnenklooster te Brussel in 1589 tegen de achtergrond van die tijd*, dans *Augustiniana* VIII (1958), pp. 516-550. Voir pp. 526-530.

³⁰⁰⁾ Dans un document du 4 juillet 1383, il est déjà fait état d'une maison terminaire des augustins de Maestricht dans la *Munsterstraat* à Ruremonde. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.* Ms. t. IV, p. 464: « 1383, 4 Iul. Bele Boelkens Osenrade coram Scabinis Ruremondensibus fatetur se aedificasse murum op de Bruedere erve van S. Augustins Ordre van Tricht in de Monsterstraete ghelegen ». Voir également t. IV, p. 466: l'acte du 29 juillet 1399, par lequel Herman van Wiert, prieur des augustins de Maestricht, loue la maison terminaire à Ruremonde à condition que les locataires « sullen verobligeert sijn den terminaris des Convents voorscreven ende sijne geselle oft eenighe andere Breudere een kamer en eenen solder in dat voorscreven huys leveren sullen... en te geven roggenbroodt ».

quocumque inferiore, nisi suis demeritis precedentibus quo volumus prius notificari probabiliter. Datum ut supra.

Ibid.

524

Eodem die

Dedimus licentiam fratri Iohanni de hanch, ut unum sotium in termino habere possit, qui non sit tamen extra gremium ordinis, nec in hoc aliquis nobis inferior eum molestare presumat. Datum ut supra.

Ibid.

525

Eodem die

Dedimus licentiam fratri Lamberto, ut in terminis sibi per conventum assignatis sibi necessaria procurare possit vel alio modo quocumque decentissimo modo sine alicuius nostri inferioris impedimento etc. Datum ut supra.

Ibid.

526

Eodem die

Confirmavimus incorporationem fratris Iohannis de vestfalia in conventu traiectensi confirmatam iterum per predecessorem nostrum Magistrum Augustinum de roma, Generalem ordinis, ne quisquam nobis inferior etc. Similiter confirmavimus sibi terminum suum. Datum ut supra.

Ibid.

527

Eodem die

Confirmavimus omnes et singulas gratias ab aliis predecessorebus nostris, nostri ordinis generalibus, concessas fratri franconi lectori et volumus, quod esset sub protectione nostra, nec quisquam nobis inferior etc. nisi suis demeritis etc. Datum ut supra.

Ibid.

528

Eodem die

Declaravimus per nostras licteras monialibus sancte agate de colonia nesam de rore ipsarum esse priorissam confirmatam, volumus, quod sibi ab omnibus ³⁰¹⁾ prestari obedientiam, precipientes in

³⁰¹⁾ Le ms. répète: *sibi*.

meritum sancte obedientie et sub pena rebellionis Gonegunde de milite et complicitibus suis, ut eidem priorisse in omnibus obediant, et privavimus dictam gonegundam omni regimine et voce activa et passiva cum suis complicitibus, quousque dicte priorisse veram obedientiam non prestiterint. Declarantes incarcerationem dicte priorisse et aliarum non cedere ut assolet ad vituperium, sed ad decorem et virtutem patrie ac tribuimus, cum non fuerit debito iudice sed indebite illata, cum vero meliori spiritu tacte ad veram obedientiam reverterentur. Concedimus auctoritatem venerabili provinciali Magistro vinando posse eas absolvere et cum aliis agregare et ad vocem activam et passivam restituere, cum nostra et ordinis disciplina. Datum ut supra.

Ibid.

529

Avinione, 29 Maii 1455

Dedimus licentiam fratri Tilmando de colonia, lectori, posse visitare suos consanguineos et affines bis vel ter in anno, aut quotiens fuerit opportunum, servata honestate etc. Item, quod possit mictere unum sotium ad suum terminum et sibi assignatum quandocumque esset rationabili impedimento occupatus. Item, concessimus sibi unum servitorem quem possit tenere et ducere secum ubicumque ire contingerit. Item concessimus eidem omnes exemptiones et gratias quibus perfrui solent ceteri parisienses lectores et aliorum studiorum generalium. Datum ut supra.

Ibid.

530

Avinione, 1 Iunii 1455

Approbavimus et ratificavimus fratrem Iohannem godhebsdeel in baccalarium formatum universitatis lovaniensis ³⁰²⁾ quoad omnes

³⁰²⁾ Jean Godhebsdeel (de Parte Dei ou Deus habeat partem), du couvent de Louvain, étudiant alors à l'université de Louvain où il fut promu maître en théologie. Il assumait la tâche de prieur à Louvain, de provincial de la province de Cologne et de professeur à la faculté théologique de l'université de Louvain (10 juin 1463 - 18 novembre 1476). Il décéda le 17 septembre 1490. On trouvera plus de détails sur sa vie et son œuvre dans J. WILS, *Obituaire des Augustins de Louvain*, dans *Analectes* 30 (1903), p. 415 et les sources citées. Voir aussi A. VAN HOVE, *Actes ou procès-verbaux des séances tenues par le Conseil de l'université de Louvain*, t. II (1445-1455). Bruxelles 1919, p. 142, 272, 314, 357; J. WILS, *Les professeurs de l'ancienne Faculté de théologie de l'Université de Louvain*, dans *Ephemerides Theologicae Lovanienses*, t. IV (1927), p. 340 et plus loin les documents 632, 655, 664 etc.

actus scolasticos exequendi et continuandi in dicta universitate usque ad magisterii gradum inclusive. Datum ut supra.

Ibid.

531

Eodem die

Concessimus licentiam fratri thome de brugis posse lectorari post duos annos sub regente coloniensi etc. cum omnibus gratiis etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 66r

532

Eodem die

Declaramus et facimus baccalarium in 2^o loco conventus parisiensis fratrem Gerardum de asselt et ibi exerceat omnes actus secundum consuetudinem universitatis parisiensis. Recommictentes etc. Datum ut supra.

Ibid.

533

Eodem die

Concessimus eidem, scilicet, fratri Gerardo asselt, baccalario, terminum prellant et ibi sotium retinere possit, qui conventui, cuius est terminus, debitum solvat et taxam certe quantitatis pecuniarum parisiis sibi mictat pro subsidio sui studii etc. Datum ut supra.

Ibid.

534

Eodem die

Concessimus licentiam fratri cornelio, cursori de midelburgis, ut tribus finitis annis in studio et conventu tolosano gradum lectorie recipere valeat sub quocumque magistro Regente, cum omnibus gratiis etc. Datum ut supra.

Ibid.

535

Avinione, 2 Iunii 1455

Fecimus exemptum a comuni tabula fratrem laurentium oelichs-beger absque contradictione alicuius nobis inferioris etc. Deberet tamen interesse computo, quando esset.

Ibid.

536

Eodem die

Concessimus infrascriptas gratias Magistro Winando spoer de

colonia, provinciali, in tota provincia et permaxime in suo conventu habeatur tamquam senior magister cum omnibus gratiis etc. Confirmavimus eidem terminum de nusia ad vitam sicut a predecessoribus nostris habuit. Item quod possit tenere sotium in illo termino quotienscumque sibi placuerit vel opportunum fuerit et permaxime propter infirmitatem et senium etc.

Dd 6, f. 66v

537

Eodem die

Monuimus et exhortati fuimus priores et omnes et singulos fratres conventus brugensis ad obedientiam ordinis fraternitatemque eiusdem omni semoto dubio. Item stricte precepimus, ut ordinationem portarum clausura quam in nostris ordinationibus dimisimus et quod nullus fratrum cuiuscumque gradus et conditionis existat, ut pueris et novitiis seu professis non sacerdotibus ad cameram suam trahat seu intrare permictat [observari faciant] et hoc sub rebellionis pena. Item insuper hortati fuimus et in meritum sancte obedientie precepimus venerabili viro fratri petro textoris, presentato priori vestro, ut de comuni subventionem magistris dari solita in toto vel in bona parte subveniat, ut tandem sic adiutus in futuris licentiis parius fiendis consequi valeat et magisterii apicem optineat, presentibus declarantes, quod tam illi quam futuris baccalariis fiat pro eorum studii subventionem, quod ammodo eorum predecessoribus laudabiliter est impensum. Volentes quod pro lectoria sua frater iacobus baccalarius recipiat duas libras grossorum et pro camera tres, quas solvit alias. Datum ut supra.

Ibid.

538

Eodem die

Transmisimus duos pueros de brugis ad novitiatum parisiense fratrem Georgium et fratrem de mata, recommictentes etc.

Ibid.

539

Eodem die

Fecimus biblicum ad lecturam biblie, ut faciat primum biblie brugis, fratrem theodoricum de campana cum omnibus gratiis bibliorum etc. Datum ut supra.

Ibid.

540

Eodem die

Incorporavimus in conventu midebulgensi fratrem Cornelium Wolf, volentes ipsum habere vocem activam et passivam in omnibus electionibus etc. absque impedimento etc.

Ibid.

541

Avinione, 3 Iunii 1455

Confirmavimus in priorem conventus gandensis alias electum et per provincialem electum ibidem fratrem Vinandum, lectorem de colonia, absolventes quemcumque alium quocumque modo in priorem institutum. Nolentes quod quisquam nobis inferior a huiusmodi prioratu ipsum absolvere valeat, nisi suis demeritis vel malo regimine, quod absit precedentibus, que tamen volumus nobis probabiliter notificari. Exhortando et precipiendo omnibus et singulis fratribus eiusdem conventus sub sententia excommunicationis trina canonica etc., ut ipsum tamquam priorem benigne acceptare debeant et eis mandando in meritum sancte obedientie et sub pena rebellionis, ut sibi humiliter obediant tamquam eorum legitimo pastori et in omnibus optemperent. Eodem tenore posuimus eum in eodem conventu pro lectore cum omnibus gratiis, quas ibidem principales lectores habere consueverunt. Datum ut supra.

Dd 6, f. 66r

542

Avinione, 4 Iunii 1455

Fecimus exemptum a comuni tabula fratrem hugonem de conventu Midebulgensi. Exhortantes omnes patres et fratres predicti conventus, ut sibi in hac gratia per nos sibi concessa consensum prebeant, quo habito nullus nobis inferior etc.

Ibid.

543

Eodem die

Fecimus studentem de nostra gratia in conventu et studio florentino fratrem Reynerium de aquisgrano, recommendantes etc.

Ibid.

544

Avinione, 5 Iunii 1455

Absolutum a conventualitate conventus coloniensis posuimus pro conventuali in conventu Gandensi fratrem henricum coci de saxoniam, recommittentes eum priori etc.

Ibid.

545

Eodem die

Confirmavimus terminum fuvriensem fratri laurentio planc lectori, quem habuit iam diu ex consensu patrum et fratrum conventus sui, addentes quod tempore senii sui sotium possit ibidem transmittere, salva debita contributione etc.

Ibid.

546

Eodem die

Incorporavimus in conventu yprensi fratrem godfridum leonardi tamquam filium illius conventus et habere vocem activam et passivam etc. absque contradictione etc.

Ibid.

547

Eodem die

Dedimus licentiam fratri Andree de buscho, conventus Gandensis, celebrandi extra conventum semel dumtaxat in ebdogmada, dummodo non obstet aliquod canonicum etc. Eodem tenore concessimus eidem, ut posset sibi eligere confessorem ydoneum a quo valeret absolvi auctoritate nostra. Datum ut supra.

Ibid.

548

Avinione, 6 Iunii 1455

Concessimus licentiam accedendi brugis fratri Iacobo Symonis³⁰³) et ibi moram trahendi quousque erit sibi opportunum et deinde suis negotiis expeditis libere possit reverti ad studium bononiense, sibi assignatum per capitulum Generale absque contradictione etc. Datum ut supra.

Ibid.

549

Eodem die

Revocavimus ad provinciam pro cursore fratrem Wilhelmum de leydis, cum omnibus gratiis etc. Datum ut supra.

Ibid.

550

Avinione, 6 Iunii 1455

Precepimus fratri danieli, fratri Gisberto, Wilghelmo, andree, Iohanni de pratis, Goswino paye, conventus gandensis, ut solvant

³⁰³) Voir les documents 591 et 593.

centum scûta latori presentium, lectori Winando, pro expensis fratrum per eos iniusto titulo seculari carceri mancipatorum et hoc primo sub pena rebellionis et inobedientie, deinde, si de illa non curant sub pena privationis omnium bonorum eis ab ordine concessorum et finaliter sub pena excommunicationis trina canonica etc. que fertur ipso facto in eisdem in scriptis si non pareant. Similiter conventui gandensi precepimus, quod de illa summa solvant quinque coronas nomine fratris Iacobi petri et hoc sub eisdem penis et censuris.

Dd 6, f. 66v

551

Eodem die

Concessimus Anne Gosins, matri fratris Augustini, cursoris de brugis, posse manere in ecclesia nostra brugis ad vendendum candelas quantum sibi placuerit, precipientes priori et fratribus dicti conventus in meritum sancte obedientie et sub pena rebellionis, ut nullo modo ipsam a dicto loco amovere presumant. Datum ut supra.

Ibid.

552

Eodem die

Volumus et mandavimus quod si casu contingeret, quod frater Antonius de brugis de hoc seculo transmigraret ante satisfactionem cuiusdam debiti, quod tenetur matri fratris Augustini supradicti, quod frater Augustinus possit recipere de bonis eius, ex quo mater sua sibi donationem predicti debiti fecit, si ita est.

Ibid.

553

Avinione, 7 Iunii 1455

Dedimus licentiam fratri Iohanni de nussia, lectori, celebrandi missam cotidianam extra conventum coloniensem sine contradictione.

Ibid.

554

Eodem die

Concessimus et confirmavimus terminum sibi datum a conventu coloniensi in bunna ³⁰⁴) ad dies vite fratri Iohanni knitmart ³⁰⁵), lectori, sine contradictione etc. salva contributione conventus.

Ibid.

³⁰⁴) Bunna = Bonn.

³⁰⁵) Ms: *kmitmart*. Les documents 289, 374, 398, 453 et 482 parlent de lui.

555

Eodem die

Concessimus et confirmavimus terminum de Andernaco ³⁰⁶⁾ fratri Iohanni braem ad dies vite sue salva consueta contributione conventui danda etc.

Ibid.

556

Eodem die

Dedimus licentiam et liberam facultatem et unam missam perpetuam delegatam fratri Iohanni Reymbac, lectori, priori conventus coloniensis ³⁰⁷⁾, suscipiendi cum fructibus proventuris absque contradictione alicuius nobis inferioris et post sui obitum ad conventum devolvi. Datum ut supra.

Ibid.

557

Avinione, 9 Iunii 1455

Declaravimus et fecimus cursorem fratrem Cornelium de dordraco, dantes sibi licentiam post presentem annum suscipere gradum lectorie sub magistro Regente Colonie cum omnibus gratiis etc., quo gradu adepto ad conventum suum de dordraco possit reverti. Eodem tenore concessimus sibi licentiam, ut infra istum annum vel in isto anno quo completeret cursus suos in colonia, posset ire ad universitatem coloniensem cum uno sotio fratre, si comode eum habere posset, sin autem cum habitu congruo servata tamen semper honestate ordinis etc. Datum ut supra.

Ibid.

558

Avinione, 11 Iunii 1455

Concessimus Magistro Winando, provinciali colonie, licentiam vendendi [et] alienandi cameram suam in Gandavo fratribus illius conventus aut ordinis, seu locandi eam secularibus, in casu quod nullus frater ³⁰⁸⁾ inveniretur ad emendum. In casu quo ibidem habitaret usque ad mortem tunc nullo modo eandem alienaret a conventu Gandensi etc. sine contradictione etc.

Dd 6, f. 67r

³⁰⁶⁾ Andernach entre Bonn et Coblenz.

³⁰⁷⁾ En ce qui le concerne, voir les doc. 386, 469, 517 et 570.

³⁰⁸⁾ Ms: *nulli fratri*.

559

Eodem die

Concessimus gratias iubilei fratri petro de beer, conventus angiensis, cum omnibus gratiis etc.

Ibid.

560

Eodem die

Confirmavimus concessionem factam fratri lamberto, procuratori conventus midelbergensis, de camera sua cum orto absque contradictione etc.

Ibid.

561

Eodem die

Concessimus gratias iubilei fratri Iohanni de boccoldia ³⁰⁹), conventus vessaliensis, cum omnibus gratiis etc. sine contradictione etc.

Ibid.

562

Eodem die

Revocavimus fratrem Gulgelmum de vessalia de studio bononiensi ad provinciam suam, quia promotus fuit tempore rebellionis et ibi stet quousque per legitimum suum provincialem aut provinciam fuerit promotus etc.

Ibid.

563

Eodem die

Approbavimus fratrem Iohannem de nussia fore legitimum ex testimonio sufficiente adducto, sub pena carceris precipientes, quod nullus indirecte vel directe spurii crimem seu illegitimi thori procreationem imponat etc.

Ibid.

564

Avinione, 14 Iunii 1455

Dedimus licentiam fratri hermanno de galopia ³¹⁰), cursori, ut cursibus suis laudabiliter completis post triennium lectorie gradum assumere valeat, ut magis proficere possit nec ante illud tempus vo-

³⁰⁹) Bocholt près Wesel.

³¹⁰) Le général accorda, le 13 août 1456, l'autorisation à Herman de Galopia (= Gulpen dans le Limbourg néerlandais) de pouvoir lectorer à Avignon au lieu de Cologne. Voir doc. n° 578.

luimus, quod aliquis magister presumat sibi conferre illud, precipientes sibi in meritum sancte obedientie, ut nullo modo hoc ante triennium attentare valeat, sed post in conventu nostro coloniensi sub regente ibidem cum omnibus gratiis etc. Eodem tenore dedimus sibi licentiam exeundi ad universitatem ad audiendum lectiones cum uno socio fratre si commode eum habere potest, sin autem cum habitu congruo si ibi est de more quod alias vadant fratres ad universitatem etc. servata tamen honestate ordinis etc. Datum est supra.

Ibid.

565

Eodem die

Concessimus licentiam construendi caminum in camera sibi concessa fratri hynrico de beylario, provincie colonie, et quod quater in anno posset sibi eligere sacerdotem ydoneum etc. Datum ut supra.

Ibid.

566

Eodem die

Notificavimus universis fratribus nostri ordinis et presertim conventus coloniensis 1455, qualiter confirmavimus [et] ratificavimus cameram emptam per fratrem Iohannem de nussia, lectorem, a conventu coloniensi videlicet, dantes sibi licentiam [ut] posset construere ad libitum sui sine contradictione alicuius etc. Eodem tenore eidem concessimus auctoritatem confitendi vel eligendi sacerdotem etc. quotiens sibi videbitur opportunum etc. Datum ut supra.

Ibid.

567

Eodem die

Concessimus fratri henrico de colonia, lectori, licentiam construendi caminum in camera sibi ab ordine concessa ac gradum lectorie tacite sine nostro expresso consensu acceptum acceptavimus cum gratiis et exemptionibus etc. Datum ut supra.

Ibid.

568

Eodem die

Confirmavimus fratri hermanno terminum in leodio ³¹¹⁾ alias per

³¹¹⁾ D'après N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.*... Lovanii 1727, p. 163 il est question ici de Hermannus de Galopia (= Gulpen) du couvent de Maestricht, qui fut nommé par le général de l'Ordre terminaire à Liège *ad vitam suam*.

conventum suum ei concessum salva consueta contributione, dummodo tamen si consensus sui conventus intervenerit. Datum ut supra.

Ibid.

569

Avinione, 15 Iunii 1455

Ad instantiam et preces Magnifici principis Archiepiscopi Maguntinensis ³¹²⁾ fecimus baccalarium fratrem henricum horffgarten dantes sibi licentiam incorporandi [eum] in universitate coloniensi. Nolentes tamen per hanc nostram concessionem preiudicare provincie saxonie aut alicui conventuum ordinis, ita quod nunc nec in futurum quicquam opes aut auxilium pecuniarum debeat aut possit quoquo iure expetere a prefata provincia et ipsius conventibus. Recomendantes etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 67v

570

Avinione, 17 Iunii 1455

Commisimus Magistro Winando spoer, provinciali, Magistro Antonio d'erpel, fratri Iohanni Reynbac, priori coloniensi, fratri Arnoldo, priori lovaniensi, fratri Gerardo de asselt ³¹³⁾, baccalario, qualiter secundum discretionem et providentiam ipsorum deberent imponere seu taxare fratres ipsius provincie alias ordini et Generali rebelles cuiuscumque gradus aut conditionis existant et sic colligere quandam summam pecuniarum ad satisfaciendum et solvendum expensas factas pro rebellionem extirpanda et pro collectis quas obligabatur ordini magister Iacobus et aliis expensis factis per magistrum Vinandum et alios socios propter capitulum Generale Avinionense, dando eis auctoritatem cogendi, puniendi, incarcerandi, excommunicandi et omnes censuras exercendi contra illos rebelles presertim et specialiter ad conventum de asselt propter rebellionem lectoris gotscalci et aliorum fratrum illius conventus, quos volumus, ut satisfaciant dampno habito propter obediens quos re collegit victricus baccalarii gerardi et eidem satisfaciant. Volumus itaque ut hii nostri commissarii prenominati diligenter examinent et inquirent de dampno illius victrici, si ita est, privando fratrem gotscalcum officio prioratus predicti conventus etiam privando fratrem petrum pistoris officio prioratus conventus midelburgensis, similiter

³¹²⁾ Theodoricus de Erbach, archevêque de Mainz, 6 juillet 1434 - 6 mai 1459. Voir EUBEL, o. c., t. II, p. 184.

³¹³⁾ Ms: Assel.

privando fratrem Iohannem cardon officio prioratus conventus angien-
 sis. Insuper propter graves expensas habitas in provintia propter
 reductionem rebellium etiam ut reconcilietur magister Winandus
 provincialis cum duce, ut habeat gratiam ducis burgundie ³¹⁴⁾. Sus-
 pendimus celebrationem capituli provincialis huius anni usque ad
 illud tempus, quo provisum fuerit de libertate recuperanda ipsius
 provincialis et hoc auctoritate nobis a duobus summis pontificibus
 concessa. scilicet, Eugenio ³¹⁵⁾ et nicolao ³¹⁶⁾. Datum ut supra.

Dd 6, f. 67r

571

Eodem die

Confirmavimus cameram fratri Cornelio oliveri lectori in con-
 ventu suo angien-
 si et incorporavimus eundem in conventu traiec-
 tensi et confirmavimus sibi terminum concessum sibi ab eodem
 conventu. Datum ut supra.

Dd 6, f. 67v

572

Eodem die

Dedimus licentiam fratri cornelio de gandavo, si contingat ipsum
 per provinciam ad conventum et studium coloniense revocari, quod
 expletis suis cursibus per triennium de post possit in provincia vel
 extra lectorari concurrente consensu provincie tamen, cum omnibus
 gratiis etc. Datum ut supra.

Ibid.

573

Avinione, 20 Iunii 1455

Posuimus pro cursore in conventu Avinionensi fratrem Alber-
 tum de colonia volentes, quod suis cursibus per annum diligenter
 expletis, ibidem gradum lectorie suscipere valeat sub quocumque
 regente nostri ordinis. Cum vero frater petrus quadrati, qui fuit posi-
 tus pro lectore in primo anno in primo loco inceperit legere senten-
 tias et tunc frater Iohannes budeghes de parpiniano succedat in
 primus qui positus est in 2^o et sic posuimus prefatum fratrem alber-
 tum pro tunc in 2^o loco cum omnibus gratiis etc. Datum ut supra.

Ibid.

³¹⁴⁾ Le duc de Bourgogne: Philippe le Bon.

³¹⁵⁾ Bulle « Admonet nos » du pape Eugène IV, datée du 30 septembre 1438.
 Cf. *An. Aug.* VI, 322-324.

³¹⁶⁾ Bulle « Romani Pontificis » du pape Nicolas V, datée du 25 mai 1453.
 Cf. *An. Aug.* VI, 399-400.

574

Rome, 18 Nov. 1455

Habuimus gratam restitutionem ad provincialatus officium magistri Iacobi de ostende per sedem apostolicam et per Sanctissimum Dominum Nostrum papam calixtum 3^{um} et consensu aliquorum Reverendissimorum dominorum cardinalium sibi factam, precipientes sub pena carceris et rebellionis omnibus fratribus eiusdem provincie cuiuscumque gradus etc. ut sibi obedientiam plenariam inpendant tamquam nobis et officio nostro. Volentes, ut magister Wynandus spoer de tempore sui provincialatus claram et lucidam computationem faciat sibi ad suum arbitrium et voluntatem presentibus diffinitoribus et aliis patribus provincie capituli provincialis celebrandi et unicum vicarium nostrum in tota provincia ipsum prefecimus, acceptantes concordiam inter ipsum et nos et omnia contra eum per nos alias quomodocumque facta revocavimus. Volentes, ut de singulis per ipsum in rebus ordinis expositis iuxta indultum apostolicum sibi concessum effectualiter et legaliter satisfaciant etc. Datum ut supra.

Ibid.

575

Eodem die

Declaravimus eundem magistrum Iacobum de ostende fore provincialem provincie colonie per sedem apostolicam institutum, volentes ut omnes fratres illius provincie cuiuscumque gradus [eum] in verum pastorem illius provincie cognoscant et licteris et mandatis suis obediant, dantes sibi illam auctoritatem quam ceteri priores provinciales etc. et quod possit instituere vicarium vel vicarios in illa provincia casu quo absentiretur vel pro quacumque causa. Et quicquid a provincia recipere debet ab illa colligere possit maxime de expensis quas fecit pro nobis dum fuimus in illa provincia, quas si non solvit, omnino solvere debeat. Advisantes omnes fratres illius provincie, ut nemo ad nos veniat pro promotione sua aut quacumque alia causa nisi de consensu sui provincialis et licteris testimonialibus, facientes illam provinciam liberam in collectis ordinis pro tempore nostri Generalatus ³¹⁷) etc. Datum ut supra.

Ibid.

³¹⁷) Dans la marge: De collectis tempore generalis Iuliani etc. (main du général Guillaume Becchi).

576

Neapoli, 5 Martii 1456

Fecimus baccalarium fratrem nicolaum halle, biblicum in conventu parisiensi, in secundo anno, in quo erat diffinitus frater Gerardus de provincia colonie, qui obiit ³¹⁸), et promovimus eundem ad lecturam sententiarum et ad ceteros actus secundum morem universitatis etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 80v

577

Neapoli, 22 Iunii 1456

Acceptavimus et ratificavimus electionem patrum de fratre arnulpho iulni, biblico, ad lecturam sententiarum secundum consuetudinem ipsius universitatis, scilicet, parisiensis, si ita est quod frater Gerardus asselt ³¹⁹) obierit, qui per capitulum Generale ibidem fuerat positus, non obstantibus quibuscumque aliis licteris fratri nicolao halle, quia non fuimus memores illius particule illius diffinitionis, videlicet, quod quando deficeret aliquis baccalarius per capitulum positus, patres conventus eligerent. Nolumus tamen predictum fratrem nicolaum privari titulo baccalariatus. Datum ut supra.

Dd 6, f. 81r

578

Neapoli, 13 Aug. 1456

Transmutavimus fratri hermanno de galopia locum cursus suos complendi avinione, quos complere debebat colonie, ubi promotus per nos fuit et propter nonnulla obstacula ibidem complere non potest, concessimus etiam eidem licentiam lectorandi in eodem nostro conventu avinionensi post festum pasce proxime futurum sub magistro regenti eiusdem conventus cum ceteris gratiis et privilegiis etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 67v

579

Neapoli, 5 Nov. 1456

Assignavimus 3^{um} locum, si vacaverit pro lectura sententiarum legenda, fratri arnulphi iulni baccalareo in universitate parisiensi, si vero tertius locus non vacaverit, primum locum vacantem sibi assignavimus, et volumus fratrem gerardum asselt, qui pro 2^o anno per

³¹⁸) Gérard de Hasselt n'était pas décédé. Plus tard il revint à Paris. Voir les documents 577 et 579.

³¹⁹) A son sujet, consultez les n° 509, 532, 533, 570, 576 et 577.

capitulum generale ibidem positus fuerat, et nunc parisius venit lecturam sententiarum assequi etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 81v

580

Neapoli, 8 Nov. 1456

Concessimus licentiam fratri Iohanni dynen³²⁰) de Iovanio³²¹), huius provincie, lectorandi in quocumque conventu et studio, ubi sibi placerit sub regente illis studii et conventus, in quo lectorabitur cum ceteris gratiis etc. dum modo tamen ad provinciam colonie non accedat usque ad capitulum generale proxime futurum etc. Recommendantes ipsum etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 67v

581

Neapoli, 7 Ian. 1457

Fecimus studentem³²²) in conventu et studio nostro parisiensi fratrem Iohannem sivert de brugis. Recommendavimus eum etc. Datum ut supra.

Dd 6, f. 68r

582

Eodem die

Concessimus licentiam fratri Iohanni sivert de brugis standi cum aliquo domino spirituali sive temporali vel ecclesie alicui serviendo sine impedimento cuiuscumque nostri inferioris, salva tamen semper honestate ordinis etc. Datum ut supra.

Ibid.

583

Neapoli, 20 Oct. 1457

Dedimus licentiam fratri petro de dordraco standi in quacumque provincia, vel conventu ordinis ubi prior voluerit illum recipere, recommendantes etc. Datum ut supra.

Ibid.

(A suivre)

³²⁰) Jean Dijnen, du couvent de Louvain, étudia à Venise, où, en juin 1459, il copia un sermonnaire latin des augustins italiens Paul de Venise et Albert de Padoue. Voir A. J. FLAMENT, *Catalogus der Stadsbibliotheek van Maastricht*, t. I, Maastricht 1889, p. 6, n° 12: Sermones Latini. [in fine]: Veneciis scriptum per me fratrem Iohannem Dynen... anno domini 1459, die ultima mensis Iunii (123 ff.).

³²¹) Ms: Iovania.

³²²) Ms: studententem.